435 ad

hereditario proprietate propinquitate omnibusque et singulis earum pertinen-
tiis fructibus proventibus et caeteris id genus emolumentis ad eandem pertin-
entibus habere et uti frui modo obligatorio a data ad terminum solu-
tionis Illius dictaeque ad exemptionem obligavit et inscripsit, Ipsum
possessionem et intromissionem officio accepturum una cum libera introductione
ad actu sui proprij Ministerialis libere dando et admittendo. Pariter de
et ab aliis personis propinquis et extraneis cavet sub vadio simili ex-
peremptoria pro eadem coram officio castrensi Bransciensi repetendo totum
Absque ulla dilatione motione appellatione diffugio et exceptione. Hac sua
personali recognitione ad praemissa servientem Cum literis Castrensibus [illegible]
subscriptum Comes Bukowski Joannes Kublikowski Vicecapitaneus
Castrensis [illegible] sub loco sigilli.

**Kiersnowo** **Cessio**

Coram officio et actis praesentibus castrensibus Bransciensibus personaliter comparentes Honesti
Zacharias et David filij Samson Kumicki Subditi Sacrae Regiae Maiestatis
de Chorzewo tenutae Capitaneatus Bransciensis nomine suo et fratrum suorum
Hrehor et Jakim Kumickich fratrum germanorum a quibus de rato
et grato in forma juris plenissima cavent sani mente et corpore existentes
palam et libere recognoverunt Quia Nobilibus Martino filio Christo-
phori Kiersnowski et Justinae Ostaplowna coniugibus eorumque legitimis
successoribus de omni et integro jure suo seu jnscriptione certa principaliter
per Nobilem Christophorum olim Laurentij Kiersnowski filium olim Nobili
Marinae Kumicka sorori eorum germanae consorti vero suae in omnibus
bonis suis mobilibus et immobilibus in hereditate Kiersnowo consistentibus super
summam Trecentorum florenorum polonicalium post mortem debiti Coram actis praesentibus trad
Quarta ipso festo Sancti Casimiri Confessoris Anno Millesimo Sexcentesimo
Trigesimo Septimo facta et recognita tandem post ipsius Marinae sororis
suae sterilem decessum super se uti fratres germanos et successores
legitimos jure naturali sanguinis concernentem Cum omnimoda potes-
tate jnscriptionis eiusdem ac parata possessione per se et recognoscentes rigore
Successionis huiusmodi continuata ac omnibus beneficijs juris generaliterque
cunctis utilitatibus et attinentibus nullis exceptis [illegible] tenore et
praedicta summa Trecentorum florenorum polonicalium cedunt et condescendunt Omneque
et integrum jus suum sibi ad praemissa serviens in personam ipsorum condi-
scendentes plenarie transferunt Intromissionem illis ex nunc cum pacifica
possessione per [illegible] et [illegible] suos accipiendam dando et admittendo.

**Kumickich** **Debitum**

Coram officio et actis praesentibus castrensibus personaliter comparens Nobilis Martinus filius Christo-
phori Kiersnowski sanus mente et corpore existens palam et libere recog-
novit Quia Honestis Zachariae David Hrehor et Jakim Kumickim
subditis Sacrae Regiae Maiestatis de villa Chorzewo Capitaneatus Bransciensis
Quinquaginta florenorum polonicalium debiti certi et liquidi mutuatique pecuniae
teneri ac debere et pro festo Sancti Laurentij Martyris proxime futuro
parata pecunia realiter et effective reddere ac persolvere se debere
bonis suis mobilibus et immobilibus cum personis suis submittit ac
inscribit sub vadio simili in casum non solutionis pro quo [illegible] ad
[illegible] succumbendo coram officio [illegible] peremptorie [illegible] ac satisfactionem
cum juris remedijs et defensis legalibusque impedimentis etiam de jure [illegible]
[illegible] et [illegible] suis [illegible] abrenuntiando.

~~3540~~